ANTONII AVGVSTINI ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS DE LEGIBVS ET SENATVS CONSVLTIS LIBER.

Adiunctis Legum antiquarum & Senatuſcon-
ſultorum fragmentis, cum notis
FVLVI VRSINI.

ROMAE
Ex Typographia Dominici Baſæ.
CIϽ· IϽ· XXCIII.

DE LICENTIA SVPERIORVM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

ANTONIVS AVGVSTINVS FVLVIO VRSINO.

PROXIMIS tuis litteris intellexi eſſe Romæ qui cupiant in vulgus edi quas amico noſtro Pyrrho Taro I. C. legendas iſthic dederam noſtras de Legibus Romanis, & Senatusconſultis lucubrationes: eoſdemq. ais magnopere deſiderare, vt ſi quid illis addendum, vel tollendum putarem, id ego tibi ſignificarem; aut ſi quod aliud accuratius ſcriptum exemplar haberem, id ad te mitterem. Ego vero etſi hoc tempore nihil minus, quàm de iſta editione cogitabam, vrgentibus alijs quæ ſunt huius noſtri muneris propria magis ac neceſſaria; tamen hoc quid quid eſt ſcripti ad te mitto, vt id tu, ſi videbitur, vel contineas domi, vel illiráditũ alteri libello edas. Id certe opus olim à me cœptum, deinde propter varias occupationes neglectum plane fuit. Nam illud Pyrrhi noſtri exemplar Bononiæ cum eſſem, ſcripſi: hoc alterum, quod nunc mitto, poſt octo, aut nouem annos Romæ inchoaueram;

ANT. AVGVSTINI
ARCHIEPISCOPI
TARRACONEN.

DE LEGIB. ET SENATVS-CONSVLTIS LIBER.

I

De nomine legis.

LEGIS nomen late patet. neq. enim ſolum populi plebiſve iuſſa & ſcita, ſeu cuiuſcumq. poteſtatis decreta, verum doctrinarum etiã præcepta, & quamcumq. conuentionem atq. condicionem ſignificat. Hinc leges prædiorum ac mancipiorum; hinc Manilianæ Cenſoriæq. leges; hinc teſtamentorum, locationum, venditionumq. leges manant. Artifices quoque, aſtrologi, ac medici ſuas leges & inſtitutiones habent. Sed in his omnibus translaticio genere vtimur. legis enim nomen proprie ad ius iuſtitiamq. refertur. Cuius nominis origo a legendo, hoc eſt deligendo, ducitur; quod vt Varro ait, & verbum ipſum legendi, cum ad ſcripturam refertur, quod ab oculis litteræ ſingulæ deligantur; & legati, quod vt publice mittantur deligi ſoleant; & leges, quod lectas oporteat ad populum ferri, a legendo dictæ ſunt. A Græcis νόμος παρὰ τὸ νέμειν, quod ius ſuum vnicuique tribuat, dicitur: idq. non minus legis proprium, quam delectam eſſe, Cicero ſcribit. Neq. illos audio, qui ab eo quod ſcriptura contineantur, leges a legendis legum tabulis dictas putant: id enim magis conſeruandæ memoriæ cauſa poſt legem acceptam fit, quam quod legi ſit neceſſarium. Lex eſt, inquit Cicero, recta ratio imperandi atq. prohibendi; quam qui ignorat, is eſt iniuſtus; ſiue eſt illa ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam.

L. cum debere. D. de ſeru. vrb. prę. l. is qui duo. de ſer. rus. pr. l. legem. C. de pac. l. Lucius. p. Lucius. D. de fideico. lib. Cicero, & Teren. ſæpe, item Varro.

Varro lib. v. de lingua Lati.

Vid. l. qui mittuntur. D. ex qui. cau. mai. l. qui pendentem. de act. emp.

Cic. lib. I. de legib.

c. lex. diſtin. I. Iſid. lib. v. etym. cap. iij.

Cic. eo. lib. I. Adde Ariſt. lib. x. cap. ix. Ethic.

II

De origine legum.

Diximus de nominis origine, nunc de ipſius legis initio videamus. Fruendæ iuſtitiæ cauſa, vt idem ſcribit, & bene morati Reges, & leges conſtitutæ ſunt. Reges quidem, dum a bonis iuſtiſq. viris ius ſuum conſequi ad-

Cic. lib. ij. offic. Vide. Aphth. in progymna. contra tyrannum.

uerſus

FVLVI· VRSINI
NOTAE
AD. LEGES. ET. SENATVS CONSVLTA· QVAE· IN VETERIB. CVM. LAPIDVM AERISQ. TVM. SCRIPTORVM MONVMENTIS REPERIVNTVR

Regeſtum.

[illegible] A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii
Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu
† †3. †7. †10. †14. †17. †20. †23. †26.
†30. †34. a b c d e ſ g.

Omnia ſunt folia integra, præter V u, ſemifolium.

R O M AE

Excudebat Franciſcus Zannettus.
M. D. LXXXIII.